



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

De concordia, et communicatione studiorum, atq[ue] operarum, sine qua
retineri, & consistere Respublica non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

hoc deterret, quod non uidentur labori respondere Præmia habet
 Præmia, is non satis religiose de Deo sentit. Cum e-
 nim pietati toties ingentia præmia Deus pollicea-
 tur, non est de eius fide dubitandum. Alicubi promit-
 tit amplissimos frugum proventus, si populus libe-
 raliter cõferat ad usus necessarios templi. Quare
 nec nobis præmia defutura sunt, si studia nostra
 ad Ecclesiæ utilitatem conferemus. Et est pietas
 expectantem hæc promissa, Ecclesiæ utilitatibus
 consulere. Dixi.

ORATIO DE CONCORDIA ET

Communicatione studiorum, atq; operarum, in
 promotione Magistrorum, dicta à Decano

Magistro Ambrosio Iuter-
 bocensi, Anno

M. D. XXXVII.



UM Agefilaum regem Spartarum, Agefilaus equis
 domi sue cum paruis liberis in ba-
 culo equitantem deprehendisset cum paruis li-
 beris,
 quidam ex Ducibus, casu interue-
 niens, atq; admirans Regem, et qui
 de talem, quo illa ætate nullus uir præstantior in
 tota Græcia esse iudicabatur, hoc modo cum pue-
 ris colludere, petit Agefilaus ueniam ab isto, si-
 quidem hic ludus uideretur alienus Regia graui-
 n iij tate.

tate. Deinde addit, se non tantum oneris ipsius
 ponere, ut perpetuò hanc rem taceri postulet, sed
 rogat, ut tantisper taceret, donec ipse liberos ha-
 beret: significans eum qui liberos nò haberet, nò
 intelligere, quid habeant hi ludi, nò dico volupta-
 tis, sed utilitatis. Quãuis enim per se ridicula res
 sunt, tamen ad disciplinam, ad mores formandos
 pertinent. Et prudens pater intelligit, magnam
 vim assuefactionis esse in tenera etate, etiam
 his læuissimis exercitijs. Vt autem ille Spartam
 miratur patrem colludentem cum paruis filijs,
 ita multi nunc quadam inusitata sapientia pro-
 suasione derident, cum alios multos ueteres et
 honestos mores, tum etiam hos scholasticos gra-
 dus, et spectacula promotionum: Quos uelut
 hanc Agesilai responsionem considerare, ne-
 prius uituperare uetera instituta, quam ipsi habe-
 ant liberos: hoc est, non prius quam per specta-
 rint quanta sit infirmitas in tenera etate, quam
 ob causas, hi ludi, gradus, tituli propositi sint,
 quãtum referat puerilia ingenia his ritibus certo
 quodam ordine assuefacere, ac prouehere in dis-
 scendo, quantum conducat exemplum, ut assuefa-
 ant ad publicos mores amãdos. Incredibilis infir-
 mitas est animorum puerilium, quare ad eos exci-
 tandos, regendos, aut deprauandos, parua res
 sepi

Puerilia studia
 & assuefactio-
 nes.

sepe magnum referunt momētum. Hęc infirmita-
 tē quo magis perspiciamus nos, quos iā usus, etas,
 mutationes Reipub. graues erudierunt, eo magis
 amamus hos scholasticos mores institutos, ut stu-
 dijs prosit ordo, ut discant adolescentes ordinum
 discrimina intelligere. Itaq; non recusamus quan-
 quā senescentes, in hanc scenā prodire, et amāter
 petimus a prudentioribus, ut & ipsi faueant his
 spectaculis, propter iuuentutis utilitatē. Neq; e-
 nim tantum ad hunc cœtum, qui in hoc theatrum
 cōfluxit, sed ad nostros liberos, et ad posteritatem
 pertinent. Nō fastidiamus hos ludos, tanquam res
 indignas nobis, sed exemplū nostrum prodesse a-
 dolescentibus ad honestos mores amādos, et cōser-
 uandos existimemus. Hęc prefatus sum, ut impe-
 riti intelligant, nos bono cōsilio hos scholasticos
 ritus conseruare. Quod cū ita sit, æquum est,
 nos orationem meā patienter audire, quam hoc lo-
 co habere me cogit officij ratio. Etsi autem quæ-
 dā erant causæ, cur de artium studijs et utilitate,
 hoc tempore dicendū uidebatur, tamē cum alij sæ-
 pe nobis cōmonstrent usum, in multis uitæ parti-
 bus, & uituperatoribus grauiter respondeāt, re-
 linquā modo id argumentum, et dicā de cōcordia,
 atq; cōmunicatione studiorum atq; operarum, si-
 ne qua retineri et consistere Respub. non potest.

Communica-
 tio studiorum
 atque operarū.

Extat autē apud Græcos uenustum epigrāma, in quo pingitur optimus Reip. status. Ac eo libere argumētum Epigrāmat̄is illius recitabo, ut exemplum illustre adolefcētes insigāt animis, quod et in schola, & deinceps in omni uita admo- qua arte retinēda sit publica tranquillitas. E- rō magna est ars, seu sapientia potius, præcipue requirenda in ijs, qui uiri boni perhiberi uolunt, quæ cuiusmodi sit, in hac imagine cōspici possit.

Opt. Reip. sta-
tus imago.

Fortē in uia cōueniunt cæcus et claudus, ut sine duce progredi cæcus nō posset, claudus etiā in hiculo opus esset, retinebatur uterq; suo malo. Sed dicit autem claudus cæcum ualidos lacertos, firmos pedes, deniq; robur integrū corporis habere, ut quicquam morbi in eo herere, nisi quod oculis ceptus erat. Quare prudenter iniit rationē, ut inter se cōmunicarent operas, et alter sarcinē id, quod deerat alteri, ut cæcus tolleret in humeros claudum, claudus isti monstrator uie esset. Exponit quum cōsiliū cæco, et suam operā pollicetur. Et sarcina imponebatur nō leuis cæco, tamē cum mansuetudine socij caperetur, nō detrectat hanc cōditionem, ac sublato in humeros claudus, pergit, et gubernat eum claudus. Ita amāter cōmunicatis operis, iter susceptum conficiunt. Hæc est imago optimi status in Repub. Primum enim in tanta

de uarietate negociorum, nemo unus par esse om-
 nibus rebus administrādis potest. Deinde tanta
 est infirmitas ingeniorum, ut etiam qui unum ali-
 quod munus sustinent, tamen interdum non satis
 sint intenti, interdum fallātur. Deniq; nihil est in
 rebus humanis ab omni parte perfectum. Itaq; o-
 pus est primum in Repub. ea inter ciues beneuolē-
 tia, ut non grauatum, quod quisq; potest, ad usum
 cōmunem conferat, deinde quaedam ut uitia in a-
 lijs dissimulemus, postremo ut nostra diligentia,
 dexteritate, et uirtute sanemus, ut sicubi cessatum
 est ab alijs, arte ab alijs sarciatur iactura. Talis
 status optandus est ex animo, & decet bonos o-
 mnes, cōsilia omnia sua, et omnes actiones ad hūc
 statum efficiendum dirigere. Sic in schola liberali-
 ter conferant singuli suas artes ad communem u-
 sum. Nemo alterius generis artifices premere co-
 netur, quaedam etiam incommoda in alijs tegenda
 sunt, et uel comiter emendāda, uel arte quadā sar-
 cienda. Ac nos quidem in scholis præcipuē ame- *ægisoxentice*
 mus hunc statum, quia Aristoteles, quē sequimur
 Magistrum in Philosophia, Aristocratiam maxi-
 me probat, et hanc antefert omnibus formis poli-
 tiarum. Sequamur igitur Aristotelem, & in scho-
 lis, quantum fieri potest, Aristocratiam efficia-
 mus. Hæc autem non sunt Aristocratica, sed
 partim

partim Timonica, partim ὀλιγαρχικά, gratiam operas in commune conferre, vel impetum aliorum cursum, qui et ipsi bene merentur de his pub. aliorum aucupari errata, aut etiam calumniari studia, seu odio, seu ambitione, seu aliqua alia cupiditate. Quanta inter se modestia certarum septem illi summi uiri, qui Sapientes nominantur, qui eodem tempore floruerunt in diuersis ciuitatibus? Nā cum Mileti, inuentam auream mensuram Apollo iussisset sapientissimo dari, ciuitas Thales dandam esse decreuit: is magnitudinem huius laudis non agnoscens, & libenter alteri, uel imperiis, uel cedens, misit Soloni, Solon ad eundem modum Bianti. Cum per omnes septem uagata missa ad Thaletem redisset, ait Thales, nunc demum oraculi sententiam intelligere: iussitque mensuram conferre Apollini, quod Deus significasset hoc in lucro, neminem mortalium, sed solum Deum sapientem esse. O uerē Aristocraticos uiros, quorum nemo de alterius laude quidquam decerpit: detestande, qui uiderint, nihil esse furiosius, quā homines sibi sapientiae laudem arrogare. Itaque comiter inter se uixerunt. Et quidem Solonem accipimus Thalete didicisse motus astrorum. Nunc uero quoties illud fit, quod ait Martialis:

Qui uelit ingenio cedere, rarus erit.

Et uidimus aliquoties hoc accidere, ut orta dissen-
 tiuncula ex leuissimis initijs excitarint ingentes
 tumultus, quorum exitus ne nuncquidem prospici-
 potest. Cur hio nō uenit in mentem caci et clau-
 di, ut mutuis officijs cogitaremus iuuandam esse
 Rempu. non acerbitate animorum dilacerandā:
 Romæ Scipionem optimè meritum de patria, in-
 uidi ciues aliqui allatrarunt, quibus ille ex urbe
 cedere maluit, quàm excitare maiores tumultus
 uehemētius concertādo. Ita cum nō abduceret eū
 ambitio à moderatione, cōmuni saluti ac tranqui-
 litati optimè cōsuluit: contra flagitiose Marius,
 qui cum ureretur gloriæ Syllæ, conatus est eū ui-
 spoliare exercitu et prouincia, patriam implicuit
 crudelissimo luctuosissimoq; bello. Sed omnium se-
 colorum, atq; etatum historiæ plena sunt exēplo-
 rum, in quibus cōspici potest, sepe certamina ac-
 cisa, seu quadā morositate ingeniorum, seu odijs
 aut inuidia, magnis imperijs ac ciuitatibus exitio
 fuisse: Rursus etiā commoditate moderatorum ci-
 uium, qui impetus aliorū, ratione lenierunt, ser-
 uatas esse Respub. Hæc exempla cū legimus atq;
 audimus, nos quoq; ad moderationem, & regen-
 dos animorum impetus hortentur. Decet enim
 precipuè literatos homines doctrinam uirtutis,
 ad mores atque usum transferre. Deinde ne qua-
 quam

Scipio cunctis dis-
 sentionibus.

Marius excitas
 incendiana.

quam cōmittendum est, ut quemadmodum nauis,
 excusso gubernatore, sine uelo, sine gubernaculo
 uētis iactatur, ita nos extincta ratione, rapiamur
 affectibus, nec cōsideremus quid expediat ecclesie,
 quid Reipu. quæ exempla noceāt iuuentuti, quid
 publicis studijs proſit aut obſit, sed qua impellat
 turbidi affectus, cæco impetu ruamus. Tale uis
 genus nec Philoſopho, nec Chriſtiano conuenit.
 Nā uel maximè Chriſtianus omnia ſua cōſtituat
 gloriā Dei, ad eccleſiæ ædificationem, et ad iu-
 uentutis ſalutē referre debet. Nec uerò fieri potest
 in tāta infirmitate hominum, quin incidant erro-
 res atq; offenſiones. Et Diabolus ſepe igneis tro-
 lis, ut uocat Paulus, ſauciat animos, et inflam-
 odijs, ut eccleſiā, aut Reipu. diſſipet. Haec diſſi-
 rum cauſas intelligere Chriſtianos decet, ut ſtrig-
 lari diligentia, et muniant pectora aduerſus illa
 la, et affectibus frenum iniſciant. Si quid in alijs
 deſideras, cogita qua ratione mederi poſſis, nō ut
 exulceres. Plutarchus περὶ φιλαδέλφειας ſcribit
 morem fuiſſe Græcæ gentis, cum duo fratres ueni-
 incedebant, et ad lapidē aliquem excitatum ueni-
 bāt, ne ſeiuncti cederēt medium locum lapidē, ſed
 ut ambo ſimul ad idem latus circuirent lapidē.
 Huiusmodi ritus uarios ſingulæ gentes habent,
 qui et recepti et conſeruati ſunt, quia aliquid la-
 moria

Mos Græcæ
 ad concordiam
 accommodatus.

moribus significabāt. Accomodat igitur Plutar-
 chus hunc ritum ad fratrum concordiam, ac mone-
 ri eos hoc exemplo ait, ut caueant, ne quis lapis,
 hoc est, ne ulla offensio diuellat eorum animos. Et
 si qua inciderit offensio, ut illā coniuncti circum-
 eant, hoc est, dissimulent, deleāt ex animo et extin-
 guant. Hęc uirtus nō solum priuatis familijs, sed
 Reip. et ecclesie necessaria est: Itaq; extant in
 scriptis sapientissimorum hominum grauissimę
 cōciones, quę hortantur, ut concordiam tueamur,
 ut placari nos sinamus, ut redeamus in gratiam
 cum ijs, quorum animi sunt sanabiles. Cū autem
 de his rebus loci scripturarum uobis noti sint, no-
 lui esse prolixior. Tantum illud moneo, quod a-
 te et Lirę Ho-
 merū est, qui fingit Aten ualidissimo cor-
 pore discurrere, et dissidia excitare, sequi uero Li-
 ras diuinitus missas, quę hortantur, ut redeāt ho-
 mines in mutuam gratiam. Et addit Poeta, Liras
 magna beneficia impertire obtemperantibus, &
 uicissim eos exaudiri, si quid à Deo petant: Alijs
 uero qui non obtemperant, imprecari, ut Ate de-
 eis penam sumat. Nec uerò putate hanc Homeri
 concionem fabulosam esse. Sententiam haud du-
 bie à uetustissimis illis parentibus, quibus uera
 religio nota fuit, acceptam recensuit, & Poeta
 eam addidit picturam. Quid enim uult aliud,
 quā

Ate et Lirę Ho-
 mericę.

quàm quod toties præcipiunt sacra litere, ut
 mus placabiles, ut obliuiscamur iniurias: hoc
 ficio ita delectari Deum, ut uicissim nobis propiti-
 bus det erratorum ueniã, et multa largatur ben-
 ficia? Rursus autẽ implacabilibus placari nolu-
 et eorum pertinaciã asperitatemq; animorum pa-
 nire. Hæc sententia nequaquam prophana est, ut
 nauitq; haud dubie à pijs maioribus ad posterum.
 Scitis enim à Christo nobis sæuerissimè comen-
 tum esse hoc officij genus: Remittite, & remittetur
 uobis. Hæc præcepta, si magnificimus Deus
 autorem, si amamus publicam ecclesie tranqui-
 tatẽ, si Reip. salus nobis curæ est, toto pectore
 cipiamus, et communem concordiam tuamur.
 quæ sunt in amicis incõmoda, aut prudenter
 mus, aut comitate nostra tegamus, cogitemus,
 sepe in uita locum habere illud quod ait Plinius
 Plinii dictũ, Qui uitia odit, homines odit. Certè in schola
 uiuere, ut uiuunt in arena gladiatores, turpe ac
 serum est. Ferarum enim est talis congressus, ut
 quod hæ cognatarum morsu abstinet, gladiatores
 uerò mutuis cædibus in sese ruunt. Itaq; et horum
 et oro omnes studiosos, ut omni genere officij
 uare Remp. et tueri cõmunem concordiam amittant
 tur: Id dignum est bonis uiris et Deo gratũ: et
 Psalmus inquit, hoc agētibus Deus dedit benedi-
 ctionem.

tionem. Postremò quia non tam mea oratione,
 quam auctoritate et sententia optimorum, et præ
 stantissimorum auctorū uos adhortor, libuit in si-
 ne adijcere memorabile dictū Senecæ, qui sic in po- Senecæ.
 stremo libro de ira ait: Dū inter homines sumus,
 colamus humanitatem, non timori cuiquam, non
 periculo simus: detrimenta, iniurias, conuitia, uel
 lationes contemnamus, et magno animo, breuia
 feramus incōmoda, dum respicimus, quod aiunt,
 uersamusq; nos, immortalitas aderit. Dixi.

DE MISERIIIS PAEDAGOGO-
 rum Oratio.



NAesopi apologis queritur Paedagogi as-
 nis magis mise-
 ri.
 apud Iouē asinus de suis aru-
 mnis, quotidianis se operis
 cōfici et enecari: sed est que-
 rela Paedagogorum de suis
 miserijs iustior profectò, si
 res ad calculos reuocetur,
 quam asini. Quis enim ullo in pristino asinus tan-
 tum mali pertulit, quātum mediocris paedagogus
 in uno atq; altero docendo, tum laboris exhaurit,
 tū molestiæ perpetitur? Quo in genere uite, quia
 mihi aliquandiu uersari cōtigit, et experiri quā
 sit calamitosum, libuit in præsentia de paedagogo

o rurs